

3.

REVERENDO AC PERERVDITO  
VIRO,

DN. ZACHARIÆ  
SCHNIZER,

NOBILIS PAROECIAE NEOHVSANAE

VIGILANTI PAROCHO,  
MUSARUM PATRONO,  
MUSICORUM MAGISTRO.



Taplanè est, R<sup>nde</sup> D<sup>ne</sup>, itatua ipsius Vox  
nobis testata est. Quis te viderunt, (ijs sunt  
tota nostra Civitas) ijscent; qui te non vi-  
derunt, huic programmati credent. Quid  
si etiam hi te videant? Minus credent,  
quia hujusmodi vocem in sene negabunt.  
Quid si verò audiant? Tunc ob vocem, se-  
nem te negabunt. Nam raro avis in terris, Senex Musicus;  
quem Aegyptij Sacerdotes per hieroglyphicam Cygni effigiem si-  
gnificabant: quippe quem omnes eo suavius modulari ferunt,  
quo magis in sénium vergit. Hunc tu imitari perge, canta, vel  
ad mortem usq; latus. En, tibi ego materiam subministro, unde  
unde collectam, Ergo, inquis, nihil tuum, nihil non alienum of-  
fers. Hoc ipso, R<sup>nde</sup> D<sup>ne</sup>, tibi placere, commendari tibi volo. De  
meo non possum, studui igitur, ut possem de alieno. Si namq; de  
arte, quam amas, hi auctores tibi commendantur, salvares est;  
ego de utilitate tibi commendabor, quia hos tuā gratiā collegi;  
hunc tu nunc patrocinare. Musica, ut audio, præter alias libera-  
les artes, tibi olim ad dignitatem, in qua nunc es, multū pa-  
trocinata est, quo tu jure non vicissim ejusdem Patronus eris?

aa 2 Fac